

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio Philologica De Sepultura Josephi Patriarchae**

**Carpzov, Johann Benedict  
Ibbeken, Rudolph**

**Lipsiae, 1697**

§. XXIV

**urn:nbn:de:bsz:31-10271**

natur, Gen. XXIII, 9. 17. 19. XXV, 9. XLIX, 30. L, 13. dici nequit, quanto opere disputent, & quot fabulis passim recenseant Rabbini. Sed ista nihil ad presentem Andromachen, cum sanctissima Josephi ossa non receperit.

§. XXIV. Locum ergo sepulturae selegerunt agrum Sichemiticum, teste scriptura Jos. XXIV, 32. quem textum expositurus R. Abarbanel ad Propb. Prior. fol. XXXIX. col. 1. recte annotat: ספר שעצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים הביאום וקברו אותם בשכם ונתן הסבה למה קברום שמה באמרו בחלקת השדה אשר קנה יעקב רוצה לומר לפי שיעקב קנה אותה חלקת השדה ולכבוד יוסף קברוהו בנחלתו הראשונה שהיתה ליעקב אביו בארץ ישראל. ואפשר לומר שיעקב רמז זה בברכתו ליוסף ממה שאמר ואני נתתי לך שכנם אחד על אחיך אשר לקחתי פתח האמורי ומה הבינו ישראל שהיה כוונת הנביא שנתן לו Commemorat primo, quod ossa Josephi, que Israelita exportaverant ex Aegypto, adduxerint jam, & sepeliverint in Sichem. Deinde rationem reddit, quare ibi illa sepeliverint? dum ait, in parte agri, quam emit Jacobus. Hoc enim vult dicere: ideo eum sepeliverunt ibi, quia Jacob partem istam agri emit; in honorem scilicet Josephi sepeliverunt eum in prima omnium possessione, quam habuit Jacobus pater noster in terra Israelitica. Dici etiam potest, Jacobum huc respexisse in benedictione Josephi, cum diceret Gen. XLIX, 22. Ego dedi tibi Sichem, partem unam pra fratribus tuis, quam accepi manu Amorai. Siquidem ex hoc intellexerunt Israelita, intentionem Prophete fuisse, donare ei hanc urbem Sichem, ut sepeliretur ibi. Interspergit hic mysticam expositionem, in omnibus Rabbiorum ad hunc locum Commentariis obviam ex Mass. Sota fol. XIII. col. 2. לברוש אמרו משכם נגבוהו ולשכם החזירוהו והוא מנבלאות: Mystici Doctores hanc rationem allegant: Ex Sichem furto abstulerunt eum, & in Sichem restituerunt eum. Et hoc est ex mirabilibus perfecti scientiis; quae phrasim ex Job. XXXVII, 16. petita. Postea pergit: והיו לבני יוסף לנחלה וגו' כבר פירשו בו והיה האמת שאותם העצמות חשבו בני יוסף להם לנחלה טובה כשנקברו בנחלתו לדעתם שצדקת יוסף Quod denique ait: Et fuerunt Israelis

elitis in possessionem, & c. id pridem exposuerunt, & quidem recte, de ossibus Josephi, quod illa sibi in possessionem bonam reputaverint Josephi posterius, postquam in hereditate sua sepulta sunt, cum bene nosset, pietatem Josephi constitutam (& profuturam) in aeternum.

§. XXV. Haecenus Abarbanel, bene omnia, quae sacrae literae de loco sepulturae docent, ad tria revocans capita, nempe rem, rei causam, & causae amplificationem. Neque R. Samuel Laniado, qui in grandi suo in Prophetas priores Commentario, *Keli Jakar* inscripto semper Abarbaneli, cum honoris tamen praefatione, contradicere, ejusque sententiam convellere, non tam veritatis eruendae, quam ingenii ostentandi causa studet, hinc *fol. LVII. col. 3.* habuit, quod reprehenderet, nisi ut insimulet plagii, quippe qui R. Davidem Kimchium exscripserit. Et negari nequit, eandem ab utroque sententiam tradi, quam dum utriusque verbis R. Laniado repetit, non potest tandem, quin per latus Kimchii Abarbanelem quoque confodiat. Nam cum uterque agrum Schematicum יוסף לכבוד *in honorem Josephi* ad ejus sepulturam electum scripserit, eo quod prima esset Jacobi possessio, & verò postea verbum plurale ויהיו & facta sunt, cum יוסף עצמות ossibus Josephi construant, quae facta sint filiis Josephi in possessionem; ille hoc posterius per prius illud tolli arguit. אם טעם הראשון שכתב הרדק שרכבוד יוסף רצו לקבורו שם בנחלה ראשונה שקנה אביו יעקב במאה קשיטה ויהיו תק' קשיטה הנז' ומה שיקנה מהם לבני יוסף לנחלה כי שם נפרדה גורל אפרתם ולו ואתה כי אלה תולדות יעקב יוסף אמנה הרדק זל' כתב זל' וחשבו להם העצמות תאלה לנחלה טובה שנקברו אצלם עצמות הצדיק

*Si prior ille sensus obtinet, quem R. David Kimchi asseruit, quod in honorem Josephi sepelire cum ibi voluerint, in possessione scilicet prima, quam pater ejus Jacobus centum nummis emerat, tum illud ויהיו & facta sunt, ad centum illos nummos modo memoratos, & ad id quod illis coemptum est, referendum, haec enim fuerunt filii Josephi in possessionem, quia ibi fors Ephraimi cecidit, eidemque obvenit, quod habetur Gen. XXVII, 2. Haec sunt generationes Jacobi, Joseph. Atque non consistit, quod R. David Kimchi sensum sacrorum verborum, ויהיו לבני יוסף לנחלה & facta sunt filii Josephi in possessionem, hunc esse scribit: Et reputarunt sibi ossa illa in possessionem bonam, quod apud se sepulta essent ossa iusti, cujus merito protegerentur. At Sophistica*

ma-